Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Nec obstat prima ratio, desumpta ex qua-
-litate personae, negat .n. Comes constanter
se talem subditum esse, idq ex causa, ut
infra latius demonstrabitur.

Nec Secunda ex qualitate bonorum, non .n.
agitur tantum de bonis Neudeckianis, sed et
de Ortenburgico Wildtbann, et licet haec
studiose confundantur, et pro Una re
accipiantur à Duce. Quia tamen Comes
allegat, Uhralt Inhaben, Und Ruwi-
-gen besitz, Item investituras Imperij,
et pleniorem probationem in ca principati
offert Ortenburgicum Wildtbann esse feu-
-dum Imperij, nec emptum à Ducibus Ba-
-variae, sed distinctum semper fuisse à bo-
-nis provincialibus et alias in Imperio non
rarum sit statum et in alterius status
territorio, Jus foresti et venandi habere
in tali dubio iurisdictio Ducis contra
statum non fundatur, maxime quia
Holtzhaimerus est captus ut à Comite Im-
-perij non ut à Landtsassen et quidem
extra territorium ut supra. /. Ad haec
Instrumentum Emptionis, Uber die
Neuderkische gutter, de quibus in hoc
4to Mandato tantum Dux agi con-
-tendit, nullam facit de reservatione
mentionem, et etiamsi faceret, tamen
talis inordinatus processus, ex eo defen-
-di posset. /.

Nec tertia quia regula illa fallit in dubio

521